



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1710**

Finis Venit, Venit Finis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45477**

Decemb.

Tessera.

1057

experti sunt Majores nostri ; experientur omnes Posteri, & nos cum illis : quia de illis aliquando, de nobis brevi, denique de omnibus semel, seriūs, ocyūs dicetur, Transferunt :

*Scater vita malis ; volat & perniciibus alis.*

## FINIS VENIT,

Venit Finis.

Ezech. 7. 2.

**P**Ost omnes vitæ annos, menses, hebdomadas, dies, horas, momenta ; sequitur omnium Finis. Finis coronat opus ; quia à fine dependet salus : Quia, qui perseveraverit usque ad finem ; hic salvus erit. Finis vitæ, erit tibi principium pœnæ : nisi jam tua omnia dirigas ad eum, qui est Principium, & Finis. Ne in fine corrumpas, hæc duo sæpè cogita : Finis hominis, est pervenire ad regnum, cuius nullus est finis. Et istud : Inter omnia, quæ per anni tempus omne agitas, & quibus exagitaris negotia ; Negotiorum omnium maximum est negotium, animæ cum Deo otium. In hoc operoso, & negotioso otio, per anni, mensis, hebdomadis, diei, horæ, momenti spatia diligenter negotiare ; & cogita, post omnia tandem omnibus, solum superest sepulchrum. Quot jam in terra censentur capita ; rot brevis sub terra jacebunt funera. Quia cui contigit nasci ; eidem necesse est & mori. Tunc de omnibus, & illorum vanis operibus, & operum deliciis, & deliciarum usurâ, dicitur illud moestum hesteinæ tesserae acroama : Transferunt.

Pars III.

Xxx

Post-

Postquam exactum est totius vitæ spatum; nihil  
supereft, quām hominis jam mortui Epitaphium:

## STA VIATOR?

**A**ntequām jaceas cadaver.

**N**unquam opportunius fui locutus, quām ē loculo;  
Nec utilius monui,

Quām ē monumento.

**C**rede mihi jam umbræ; omnia bona, præter  
Summum Bonum,  
Umbra sunt.

Tūm primūm cognovi; quod omne, quod in mun-  
do est mundi,

**N**on sit nīsi funus, dum Jacui funus.

Sum, quod eris; fui, quod es.

**S**i sapis, hic vive Deo; morere mundo.

**H**eu vita continenter currit ad Mortem etiam in-  
vita.

Ad mortem autem?

**I**mò verò ad Æternitatem.

**A**h! quām vellem plus virtuti, minùs permisissim  
me Vanitati.

**N**unc mihi istud non nīsi optare,  
Tibi etiam præstare licet.

**F**elicissimè Æternitatis portum ingredi potes plenis  
velis, si ita velis.

**U**t non impingas in scopulum; respice scopum.  
Abi modò

**E**t quod ego Tibi æternūm ut gaudeas; Tu mihi re-  
ciprocā prece

**S**eriò adprecare.

**AUCTO-**